


vacrum Tit. III. 5. multo magis hoc de Baptismo Christi principa-
 li dicendum. Instar Solis in catholico Ecclesiae mundo fulget,
 instar lune plenissima in Ecclesiae Novi Testamenti Horizonte
 splendet: instar stelle cujusdam majoris inter alia Christi benefi-
 cia micat, & illuminationis beneficium nostris mentibus insinuat,
 & cordibus, per carnis affectum, statumq; corruptum, alias obte-
 nebratis, per fidem communicat. Adsit ipse Christus Jesus, Ἰὸς
 Φῶς ἡς κόσμου Lux mundi Job. XIX. 12. τὸ Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν
 ἁθῶν Luc. II. 32. lumen ad revelationem gentium, Ἰὸς Φῶς ἡς Ἰωάννου
 lux vite Job. XIX. 12. Φῶς ὄρθρου ἀνατέλλων ἐν καρδίαις ἡμῶν, Lu-
 cifer oriens in cordibus nostris II. Pet. I. 19. Et mentes nostras illumi-
 net, voluntates nostras sanctificet, corda nostra mysteriis Baptismi
 principalis adimpleat, ut per ipsum, tanquam Doctorem divine Ver-
 itatis, Job. III. 2. tanquam Oratorem efficacissime Virtutis Matt.
 VII. ult. tanquam Doctorem rectitudinis Matt. XXII. 16. ea sapiam-
 us, quae vera sunt, ea cogitemus, quae recta sunt, ea verbis expona-
 mus, quae mysteriis tantis congrua sunt, per & propter baptismum
 suum principalem!

ORACULUM CHRISTI DE BAPTISMO PRINCIPALI.

GRæcus Textus: Αφες ἔσται ἀπὸ τοῦ πρῶτον ὅτιν ἡμῖν πλη-
 ρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Latinus: Sine modo; sic enim
 decet nos implere omnem justitiam. Versio Lutheri: Laß
 jetzt also seyn / also gebühret uns alle Gerechtigkeit zu er-
 füllen.

CAPUT I. De Analyfi Grammatico-Philologica.

 Raculum hoc primum cum Baptismo principali pulchere-
 rimam harmoniam, vel analogiam alit (1) ratione tem-
 poris; nam sicut hoc oraculum tempore, juxta Matthæ-
 um, est primum, nec aliud quoddam, juxta primum Evangelista-